



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

21. Octobris. 12. Cal. Novemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

*Nascē-
ri assi-
stunt
Aposto-
li.*

*Mira-
culis
claret.*

MARIÆ de Arouca Monialis, unā cum prodigiis in lucem mortalem edita. Nascenti enim Apostoli Simon & Judas visibiliter interfuere: à quibus procul dubio hausisti sublimem divini amoris ardorem, quo postmodum inter sacratas DEO Virgines frequentissimè rapta verè cœlestem in terra vitam duxisti. Sed & Apostolicam à Patronis tuis manum mutuasti, quæ solo contactu omnibus morborum ærumnis medebatur. Eadem virtus prodibat è tumulo, à quo supplex nullus sinè obtento favore recessit. *Nulla est requies, nulla felicitas, nisi in solo Dei amore. O si hæc flamma totum cor meum sibi vendicaret, ac postremus vitæ meæ habitus hunc ignem spiraret!*

S. BERNARDUS, ser. 83. in Cant.

DEUS Exigit Deus timeri ut Dominus, honorari ut Pater, ut sponsus amari. timendus & amandus. *Quid in his prestat, quid eminet? nempe Amor: absque hoc & timor penam habet, & honor non habet gratiam.*



21. Octobris. 12. Cal. Novemb.

Pl. añ. B. ALANE Monache ex Claravalle
1135. in Hispanias ad construendam
Araucam

Araucam unâ cum aliis destinate à sanctissimo Patriarcha BERNARDO, sanctimonix laudem tum ex strenuis laboribus promerite, tum ex imitatione præstantissimarum virtutum Magistri. *Etiâ mihi illæ proponuntur, ut ad eas vitæ meæ normam instituam, sed heu quàm longè absum à tanta perfectione!*


B. BERTHOLDE Abbas Mona. Obijt
sterii de Luka in Saxonia: qui cum anno
diuturna regiminis diligentia tot edu- ^{1198.}
casses dignos in honore successores,
quot numerabas alumnos, spiritu A-
postolico incensus, S. Meynero te so-
cium adjunxisti Evangelicæ Prædica- ^{Aposto-}
tionis in Livonia. Cui è vivis sublato ^{lus ad}
successisti in munere Episcopali, mul- ^{irfide-}
tis millibus infidelium in Christi ovile ^{les-}
congregatis. Sed cum finitimi populi
pium opus armis impedirent, tu pa-
riter scripto exercitu eorum barbariem
ferro domuisti. Per insidias deniq; in-
terceptus, Apostolatûs honorem glo- ^{co}
rioso Martyrio coronasti. Corpus tu- ^{Mar-}
um licet in torrido solis æstu jaceret ^{tyr.}
per dies plurimos expositum, sinè ulla
tabe repertum est, ac in Cathedrali Ec-
clesia Rigæ honorificè conditum, non
absque gloria miraculorum. *Impu-*
dens, ferox, & barbarus hostis animæ est
Propria:

330 ANNI CISTERCIENS.

Propria Voluntas: suadens nociva, & nisi prematur, suffocans omnia sana consilia: tu me in hanc bella gerentem iuva.

S. BERNARDUS, c. 2. de cont. mund.

Volun- *Omnia mala ex una radice pallulant*
 tas pro- *propriae voluntatis: illius enim san-*
 pria ra- *guis fuga duae sunt insatiabiles filiae cla-*
 dix om. *mantes: affer, affer. Siquidem nec*
 nium *animus vanitate, nec voluptate corpus*
 malo- *aliquando satiatur.*
 rum



22. Octobris. II. Cal. Novemb.

Floruit *B. WIGANDE, Prior Waldsassen-*
 circa *sis: qui celeberrimae Domus illius*
 annum *initia reddidisti illustria caelesti ora-*
 1140. *culo, quo cœlitus fuisti edoctus, gratum*
fore Reginae Angelorum, si sacra æ-
des noviter erecta suo & Divi Joannis
honori dicaretur. Doce me omnes actio-
nes meas consecrare instar fidelis obsequii
Mundi Dominae debiti. Impossibile est e-
nim, eas non placere Deo, si dignae sint,
quae Virgineis ejus manibus presen-
tentur.

Floruit *B. HENRICE Converse Villari-*
 anno *ensis, qui inter literarum ludos socie-*
 1300. *tatis perversae veneno corruptus, non*
alio freno coerceri posse parentibus vi-
debaris,